

*De figuris lapidum, &c.*

re Steatitæ similior inueniatur, is esto Steatites: qualis fortè reperiet̄ in Terrarum vel Bolorum (vt vulgò vocant) genere, qualis maximè est Fulerde, id est, terra fullonū, vel Seifferde, id est, Saponis terra, nominata: quæ si durior & lapidi similior sit, *σεατίτλω λίθου* appellari nihil vetabit.

Cerebri similitudo.

Cadmia fossilis, quam Cobaltum Germani vocant, speciem vidi ferreo colore, viroso odore, crustacea specie & cerebro ferè simili.

Ossa fossilia.

Theophrastus autor est ossa è terra nasci, inueniriq; lapides osseos, Plinius. Humorem hunc terræ (è quo lapis specularis fit, quidam autumant crySTALLI modo glaciari. Et in lapidem cōcrescere manifestò apparet: quòd cum feræ decidere in puteos tales, & (etiam) medullæ ex ossibus earum in eandem lapidis naturam post vnam hyemem figurantur, Idem Plinius.

Fontes quidam immersa sibi in lapidis naturam conuertunt. Francofor-